6086 XIX [vol. I n. 657] prope Firmum rep. *durante la stampa di questa dissertazione* [i. e. inter 1839 et 1846] MINIC. [deinde apud Minicium, nunc Perusiae apud Rossi-Scottum, ubi vidi]. Robigine gilva obtecta est.

LEGIO ╳ QVAR

Descripsi. — De Minicis t. II 84, p. 233 (inde Ritschl t. VIII 11; Mommsen n. 657; Garrucci Syll. n. 950 sic LEG·QVAR temere).

Prima aversae littera, quam Minicius exhibet Q, nunc incerta est, parte superiore fere pessum data.

Garruccius glandem sic LEGC inscriptam Romae vidit; sed ea male lecta est aut spuria; in utraque enim re Garruccio parum confidi posse, glandium complura exempla docent.

XX [vol. I n. 669] *dal Piceno* MINIC. p. 209 [nunc in museo Kircheriano n. 223].

litteris excavatis:

ſEC IX

Descripsi. — De Minicis t. II 10 p. 202 et 209 (inde Ritschl t. VIII 14 et Mommsen n. 669); Garrucci *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 29 et Syll. n. 956; Ruggiero n. 223.

Litterae incisae aut fort. incusae sunt sed parum clare, per neglegentiam an de industria non definio. Hoc certius est eum qui fecit, voluisse LEG IX (ita legerunt Min. et Garr., cum tabula Minicii LCL IX male exhibeat). Glandem ipsam antiquam esse videtur quidem testari robigo alba, partim (in aversa parte) ferruginea, quam tamen imitari fortasse possunt falsarii. Inscriptio utrum antiquitus an recenti tempore facta sit, difficile est discernere; inest quidem etiam in sulcis robigo plane par reliquae, sed fieri potest; ut litterae potius incusae sint quam scariphatae et tam caute incusae, ut superficiei robigo antiqua conservaretur in sulcis. Huc accedit, quod forma mire distat a genuinis et quod hoc unicum exemplum est legionis nonae. Itaque suspecta existimanda est.

XXI 1 rep. in Castellano a Merli fratribus in officina chartaria exstruenda [a. 1871 venit in mus. Asculanum n. 1131]. Pendet 64 gr.

2 Asculi rep. in regione q. v. *Mirteto,* sub arce Pii IV Castellanum versus sita [in mus. Asc. a. 1870 n. 923]. Pendet 57 gr.

3 Asculi rep. ibidem [inde mus. Asc. a. 1872 n. 1486]. Pendet 66 gr.

4 Asculi rep. in arce Pii IV [in mus. Asc. a. 1870/71 n. 1046]. Pendet 63 gr. Robiginem habet albam.

5 in Castellano rep. [in mus. Asc. 1870/71 n. 1056]. Pendet 49 gr.

LEG XI

1 Descripsi: LFC XI.

2 Descripsi.

3 Descripsi: LEG XI eadem forma fusa atque praecedens.

4 Descripsi: ⅃EG XI.

5 Descripsi: LEC XI. — Unam ex his quinque edidit Gabrielli *il palazzo comunale* p. 19 ligno inc.

Praeterea glandem in Castellano repertam et a. 1871 museo Asculano (n. 1250) donatam (pendentem 60 gr.), descripsi fere hoc modo:

LEC\
XI

Sed lectio incerta est.

XXII rep. in Castellano [a. 1871 a Lazzarinio accepit museum Asculanum n. 1249]. Pendet 84 gr. Obtecta est robigine. Hexagonalis est et in octo areas divisa, quas sic signabo: $\frac{3 \cdot 4}{1 \cdot 2}$ ╳ $\frac{8 \cdot 7}{9 \cdot 9}$.



in 1 et 2: M · | RVF ·
L · | XV

in 5 et 6: O · P | ⁖

Descripsi. In areis 3. 4. 7. (8?) puncta quaedam exstant sine ordine et haud dubie per ludibrium posita.

M. Ruf. tam de M(arco) (Minucio?) Rufo quam M(arco) Rufio, Rufreno (cf. Corp. I Ind.) aliove nomine gentili explicari poterit. — In 5 O potius fuisse quam G videtur. Falsarius Asculanus secundum hanc aut similem incidit formam, qua plures incudit (vide 727* 215. 276 al.).

Henzenus *Bull. dell. Inst.* 1875 p. 68 sq. glandem simillimam edidit quae fuit apud baronem de Riseis Neapoli: a) M· | RVF, b) L·X | XV, c) *vacua*, d) | ꓷO ad eamque legendam explicandamque confert Desjardinianas n. 727* 215 et (OPEROR) 39. 42 al. Sed ut Desjardinianas omnes mala fraude confictas esse constat, ita Riseanae quoque status quaestio non sine causa moveri poterit. Notandum autem est munitam esse *di punte di ferro*; tales glandes possidebat De Minicis teste ipso p. 256, donatas sibi a Ludovico Zelli Iacobuzzi Viterbiensi, de quibus dictum esse addit *Oniologia, giornale di Perugia* m. Febr. 1834 p. 153, q. n. v. At de harum quoque sinceritate non constat.

6086 XXIII 1 rep. in Castellano [in museo Ascul. 1868/69 n. 896]. Pendet 95 gr. Robiginem habet ferrugineam nitidam.

2 haud dubie prope Asculum rep. [in mus. Ascul. a. 1874 n. 1735]. Pendet 83 gr.

3 prope Asculum rep. videtur [Asculi apud Venturinium aurificem vidi a. 1877].

4 [in museo Neapolitano n. 1720 inter Santangelanas n. 2]. Pendet 89, 75 gr. Robigine flava incrustata est.

5 [in museo Kircheriano n. 221].

6. 7 [Romae apud L. Depoletti]. *La forma romboidale acuminata* est teste MOMMSENO.

Hae omnes forma sunt hexagonali ut n. XXII.

4:



L · | XV

1 Descripsi: L | XV (V parum certa est).

2 Descripsi. In una ex ceteris areis fortasse punctum exstat. — Hanc aut praecedentem ed. Gabrielli *il palazzo com.* 1874 p. 19 ligno incisam.

3 Descripsi et genuinam iudicavi. — Cf. ad falsas 734*.

4 Descripsi optime conservatam et supra exhibui; in ceteris areis excepta 3 puncta sine ordine posita sunt; cf. XXII. — Garrucci syll. n. 962.

5 Descripsi; in aliis tribus areis puncta exstant. — De Minicis t. II 67 p. 238; Ritschl t. IX 59 ex Marchiano exemplo, ex his Mommsen n. 661; cf. Garrucci n. 962 qui de forma plumbi tacet; Ruggiero n. 221.

Lucernae (p. 616 n. 6081).

ad 6081 1. 6. Immo *S. Trifone.*

ad 6081 21. Ed. Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* sic · P·CORe et P·COR.

ad 6081 33. Fallerone in aedibus privatis lucernam inscriptam FORTIS vidit Lanzi teste itinerario ms. a. 1777.

Vasa et vascula (p. 620 n. 6082).

ad 6082 18. Ad Norciam *nel piano di S. Scolastica* vascula huius generis duo nuper reperta sunt, alterum figuras exhibens canentium donaque ad aediculam ferentium inscriptum Ⱶ · CANOⱵEIO · T · F · FECIT, alterum figuras exhibens scuta ferentium et pugnantium inscriptum Ⱶ·CANOⱵEIVS·Ⱶ·F·FECIT, ut refertur apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1883 p. 169 (cf. p. 128).

ad 6082 19. 46. 52. 94. Ed. Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 118.

ad 6082 32. Tarenti in fundo domini Albano rep. ed. Viola apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1883 p. 186.

ad 6082 63. Ninus l. c. sic: PILOT|HAERVS.

ad 6082 70. Immo *S. Trifone.*

ad 6082 79. Alterum exemplum musei Asculani n. 3270 Gabriellius excepit sic:

TERTI
TITN

ad 6082 91. Ninus l. c. sic:

ACAST
T/BA

ad 6082 101. Ninus l. c. sic:

FAVS
TVS

6389 1 in labro dolii permagni. Fallerone [in ludo litterario].

C · V

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

1 *a* litt. eminentibus. [Asculi mus. n. 3268]

CHOE
RIO

Gabriellius misit.

6389 2 Pentimae rep.

Q · P V

Nino apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 118.

2 *a* in margine dolii Tarenti reperto [Romae apud Henzenum].

SABbI BEL

Descripsit Henzen.

3 in amphorae ansatae, quae prodiit prope Atri oppidum in praedio suburbano, operculo diam. cent. 10, habente medium cippulum prostantem; circa eum scriptum est litteris vetustis:

HARIA

Gabr. Cherubini apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1882 p. 419.

4 urna magna cretacea rep. M p. extra Montolmo oppidum.

LXXXV

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

Signacula (p. 623 n. 6083).

ad n. 6083 33. 'Corrige *P. Cauli Coerani.* Idem fortasse est P. Caulius Coeranus negotiator ferrariarum et vinariariae X 1931'. DESSAV.

6390 1 Montolmo [apud canonicum Bolognetti].

L C MAX

Lanzi in itinerario ms. a. 1777.

6390 2 forma piscis; rep. a. 1880 prope abbatiam S. Apollinaris ad dextram Aesis [Iesi apud Alex. Chiappetti].

T
PETRON
I IVSTI

Ectypum misit Chiappettius.

6390 3 inter Iuvani rudera *(S. Maria di Palazzo)* in ipsa area aedis Dianae rep.

C ◦ TADI ❦
SEVERI

Theseus Madonna apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1883 p. 176.

Glandes Asculanae (p. 631 n. 6086).

p. 636 col. 2 lin. 23 sub PIR dele ⁝
lin. 13 a fine pro 'carentem' scribe 'carentes n. 138—142 et'.
lin. 12 a fine pro 'CLXXXIII' scribe 'CLXXVIII' et pro 'CLXXXI' scribe 'CLXXVI'.

p. 641 col. 2 lin. 7] Glans Riseana cum museo baronis Meester de Ravestein, donatione nuper venit in museum Bruxellense q. v. *Porte de Hal*; Ravestein edidit Catalogo musei sui vol. III (1882) p. 391. Ectypum nuncisci non potui frustra intercedentibus et Ernesto aus'm Weerth et ipso barone de Ravestein.

p. 643 col. 2 lin. 14 a fine pro 'quid, sin' scribe 'quid), sin'.

p. 644 col. 1 lin. 8 pro 'Monacensi' lege 'Mogontiacensi'.

p. 645 col. 2 lin. 17 a fine pro 'XXXVII' lege 'XXXVIII'.